# DOCTORIS GENTIVM DIVI PAVLI, ASTRVM MATVTINVM PRÆFVLGENS FIRMAMENTI SYDVS,

## Eccleſię decus.

TONANTIBVS,ET MAXIME EXTOLLENDAM PRÆCONIIS inclytam, nec non per gloriam converſionem oratio intonat concelebrandam, potiſsimis, & plauſibus Diuino Numini gratulabundam: carmine adamuſsym, peryodoque perſonans,

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO PRINCIPI

**D. D. Fr. ILDEPHONSO A S. THOMA**

OLIM DOMINICANÆ FAMILIÆ DIGNISSIMA TVTELA Exomenſis Eccleſiæ firmiſsima Protectio, & nunc AlmæMalacitanæ extat amantiſsimus Parens.

*A MAGISTRO D. IOANNE DE MAYORGA INSIGNIS Collegij Diui Dionyſij Areopagita in Sacro Illipuſitano Monte clamyde inſignito, digniter conſecrata.*

APVD EIVSDEM SACRI MOMTIS CAPITVLVM, ET INſigne Collegiũ veſpere recitata. Die vigeſsima quinta Ianuarij. Anno Anatiuitate Domini milleſsimo ſexcenteſsimo ſexageſsimo ſexto.

---

*Con licencia, en Granada en la Imprenta Real de Franciſco Sanchez. Año de 1666.*

# ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO Principi, & Domino D. Fr. ILDEPHONSO A SANCTO THOMA, olim Dominicanæ Familiæ digniſsima tutela, Exomenſis Eccleſię firmiſſima Protectio, & nunc Almæ Malacitanæ extat amantiſsimus PARENS.

*MAXIMA quaque cuiuſvis tui confugij (ò Princeps excelſe) pietas dignitatem puſillis complet, exiguis tribuens merito in tuo patrocinio grata fore: non tantũ reperto tuæ dignitatis elogio, procerè uſque ſubtrahente, ſed explicatis vexillis authoritatis complente, tribuendo optato adeptum, ſummum vſque faſtigium laudabilium provehet. Ad talem, & tantam protectionem vmbratiles ſagittæ euaneſcent emulæ, & ſtrubionum voces minime nocituræ peruenient. Hoc vnum ab amplitudine tua enixe deprecor, munuſculum hoc, & qualecumque animi obſequium hilari fronte ſuſcipias: quod ſi minus præſtiterim, tenuitati meæ adſcribendum, non animo, vtcumque regratiandi auidiſsimo: ſed nec adeò anguſta tua gratia, vt tantumdem repetat, nec mihi tam ampla ſupellex, vt ſolvendo ſim. Tua generoſitas non ſic avara, vt*



remu-

*remunerationem condignam ambiat: nec gratitudo mea ſic ſtupida, vt contendat quod non valet; ſed valet quidem id corde gerere, quod tua beneficia ſuperant referendi facultatem. Ergo Deus Optimus Maximus remuneret (ò Princeps) tuæ benignitati, progreſſus omnes foveat, & promoveat, incolumeſque perennet, vt valeas. Vale.*

Humillimus ſervus.

*Magiſter D. Ioannes de Mayorga.*

# *DOCTORIS GENTIVM DIVI PAVLI inclytam, nec non per gloriam converſionem oratio intonat concelebrandam.*

QVAMQVAM ALIVS fortitudine Herculis, non Herculi clavam extorturus aggrediar ( virtutum, litterarumque per præclarum exemplar , Doctorũ condecorata corona, inter Hierarchicos militantis Eccleſiæ ordines grauiſsime cætus : inſignis mei Collegij Diui Dionyſij Areopagita ornatiſsima ſerta: præſtantiſsimi Proceres, perque ornati adſtantium concurſſus ore favete omnes) quamquam aliùs (inquam ) fortitudine Herculis , non Herculi clavam extorturus aggrediar , & ſi aliùs in valore Iobis, non Iobi fulmen conabor eripere , nec Mercurij ſcientiam concupiſcere intendam , licèt alterius in ſapientia Mercurij , converſionem , facta , virtuteſque per maximas, non digno , ſed quo poſſim tramite , cœlo velut exequaturus hodierna luce opere pretium duxerim.

QVIS igitur non territus mente ad aditum tanti encomij non vtique perhorreſcat? Non ambigere ſibi liceat, an progredi, an ſubjici, nec non ſibi conſulere an hærere, cum tanti Herois laudes erumpit laxaturus? Quis igitur tali ſplendeſcenti lumine clariſsimorum factorum PAVLI perculſus non cæcutiat? Oppreſſus tot fulgurant fulmine, tot virtutum irradiante ſplendore occulorum lumine orbatus non præceps decidat, & Icari veſtigijs inſtiturus ipſum arripiat præcipitium? Nullus vnquam; ſed ego ſolus humanitate nixus veſtra, pietate innixus, ſagaci mentis auſu arces Superum, ſydereos, & globos haud temerè volitare preſumam donec Gentium Doctoris eximio inter cæleſtes faces fulgore, ac claritate lucentis celebri converſione omnigena laude cumulanda in defeſſus perſiſtam.

CEDANT iam ambages, dubia vtique reſipiſcant, & hilari animo exurgat modo mens ſi muſitans reticuit PAVLIque attingendo inter ipſius virtutum ſpiramenta, odores, fandum inter, & ſi non pro dignitate, mores, facta etiam concelebranda excitet, vt inclytā illius electionem, & converſionem proclivi auſu expendere queat, quam equidem licèt ſummo attingat curſu, ſane non pleno gradu ipſius elogium conficietur; eius

eius tandem gloriæ velut irradianti Phæbi ſplendore minutulam lucernę faculam imbecillitati ingenij mei propriori ornatu admotã adhibebo, pręcariò victitando in eius lumine lucem, in eius claritate fulgorem, vtique in ipſius gratiarum hauriendo inundanti gurgite, Mercurij facundiam, venuſtatem Minervæ, eloquij candorem. Vt tandem vltra gaudium exultare queam, vltra fiduciam ſperare audeam, maximumque intendere vltra, ſupplici mente, vnoque ore decantare libet.

ADSIS indiuidua vnitas, Thryadoſque indiuiſa Pa✠ter, Fi✠lius, & Spiritus ✠ Sanctus, Pater acumen menti liberali manu diſtribue, Fili intellectui copioſe eroga ſapienpientiæ lumen; Spiritus Sancte dilectionis menſuram, aut extra methodum benigne elargire amorem: adſis vtique Theotocos virgo, mirabilis Puerpera abſque labe concepta, confugium hominum, populique honorificentia noſtri, effluat è te ſapientiæ domus, mæſtis ſolatium, tenebroſis lumen, parvulis iuvamẽ, vt tuo patrocinio modeſte arrogans, ſi non aſſequi tuorum laudes, inſequi non timeam: ipſum te tandem electionis Vas noſtri plantas rivulis veritatis irrigans Doctor, atque Magiſter invoco, vt tuas, quas de hoſtibus exuvias, quas de bello coronas, quas de victoria lauros recẽcere queam, annue

votis

votis; tuo quoque me Michael Cæleſtis aulæ glo-
rioſiſsime Princeps patrocinio iuva; ne deſeras etiã
inter Proceres maior Ioannes Baptiſta, cuius nomẽ
ſimul cum gratia in ſacro regenerationis fonte pre-
ſertim epotavi: tu quoque Parens Dionyſi Areopa-
gita noſtræ conventionis honorifica tutela, fave
tuis; cuncti vos cælites propitiate cuncti.

ERVMPAT igitur gratulabundus animus nõ
iam SAVLI generoſam evoluturus ſtirpẽ,
nam eius inclyta progenies, præclaraque
nobilitatis indoles in magnanimi cordis exardeſ-
centi zelo, licet erranti, longe lateque prælucet, ma-
ximoſque immittit ſplendeſcẽteis radios; tranſibo
in mores, quibus in præſentiarum imbuendum hic
animum trado, præcipuè quidem in eius conver-
ſionem, quę ad præſens attinet inſtitutum, cum
perſecutor inſiſtens Vas electionis ad omnes mit-
tendus gentes ſufficitur, vt in poculis veritatis in-
deficientis luminis, nominiſque Ieſu in ſapientiæ
rivulis hominibus hauſtum elargiretur.

ORBE igitur contremiſcente, eiuſque ad occa-
ſum Diuini Solis cardinibus concuſsis, &
in vitæ ligno de hoſtibus reportato thriũ-
pho, regnante Deo, partaque victoria per Chriſ-
tum, propinante iam iam hominibus gratiam veri-

tate

tate, & Deificæ charitatis in humanam naturam fulgore illuſceſcente, & orbem mirabiliter irradiante; tantæ novitatis ictu humana expaveſcens mortalitas, furore, & rabie oppreſſa quas in conditorem inſultationum moles non paravit? Quas in Chriſtum irarum machinas geminavit? O dolor! Quando ipſe, O pietas! Perardentis ſuæ charitatis incendio iuſtitiæ virga petra percuſſa, donorum fluenta ſupernorum, atque copioſos gratiarum torrentes hominibus gurgite inundanti ſcaturivit. Qua propter adinſtar pelagi fremebunda rabie, furore veſana in ipſum Dominum non dubitavit ſævius noviſsime inſanire, immanes in Electos didiſcit attollere fluctus, laborumque montes è profundo evolvere, ruptaque turbine præcipitum adinſtar valiſtæ ſulphureo pulvere preſſæ, & flammis ſævitiæ eluctantibus diſrupta, palans, & petulantiæ dedita magno cum fragore vindex fulmē contorſit: SAVLVM ſcilicèt ruentem edidit, nec hō exterminantem parturivit.

Viendo, pues, el martyrio de aquel Sancto
Que el Cielo abierto viò quando moria:
Y fue el primero que raſgando el manto
Pagò el tributo que a ſu Dios deuia,
De SAVLO fue la rabia, y furor tanto,

 Que

Que puede preſumirſe que diria,
A los miniſtros de tan cruda muerte,
Palabras fulminadas de eſta ſuerte:

Deuiles braços, tibios coraçones,
Pechos cobardes, y de poco brio,
Que es eſto? de que ſirven dilaciones?
Llueva ſobre el de piedras gran rozio:
Muera el que ſigue tales opiniones,
Y porque no aya eſtorvo, ni deſvio,
En coſa de que Dios ſe agrada tanto,
Yo guardarè las capas entretanto.

De las violentas piedras ofendido
El valeroſo Protomartyr ſiendo,
De ſus contrarios meſmos condolido
Para todos perdon eſtà pidiendo:
Valiòle tanto a SAVLO, el ſer oydo,
Que eſtà San Iuan Chriſoſtomo diziendo:
Porque Eſteuan a Dios rogò por SAVLO
Tiene la Igleſia Militante a PAVLO.

Quedò de ver morir apedreado.
A Eſteuan Santo, SAVLO tan contento
Como ſuele quedar Halcon ceuado
Para ſeguir las aues por el viento,

Y co-

Y como nazen muchos de vn pecado
Tomò de alli tan grande arreuimiento
Que a perſeguir la Igleſia ſe combida
Diſponiendo arrogante ſu partida.

*Poſtquam fulgentis Chriſtus conſcendit Olympi*
*Culmen, & in terris Diuina Oracula fundunt*
*Biſſenique Patres, quorum ſacra pectora adurit*
*Diùs amor, ſacraque ardent præcordia flamma:*
*Moſyacæ Saulus legis quatebatur amore.*
*Et ſua continuo iuvenilia pectora pulſans*
*Flamma, Zeluſque Dei cultus ſub corde latebat.*
*Relligione furens iuvenis compulſus avità*
*Alloquitur Proceres patriæ, populique Senatum.*
*Dura quidem noſtris patimur diſcrimina terris.*
*Advena geens veterem perteſa eſt ſolvere ritum.*
*Vindice me, liceat, pereant quod ſanguine fuſo*
*Quot, quot falſa ſui Chriſti vexilla ſequuntur.*

*Talia voce dabat: totuſque ardebat in iras*
*SAVLVS: & impavidus gēti fera bella parabat*
*Incendens fervore animos: ſolum arma, neceſque,*
*Bellaque, bellorumque Deos ſibi vindicat, ipſe*
*Dux præit: armatum ſequitur fera turba, ruitque.*
*Nec mora ſternit equum frænantibus ora lupatis.*
*Subdit & ille ſonans latus: terit ungula campum:*

*Hinnituque ferox, & abacto naribus igne*
*Fulgura ſuccenſi, tonitruque imitatur Olympi.*
*Inſiliens SAVLVS fulget præſtantior vllo.*
*Stant illi criſtatus apex, laterique recurvus*
*Dependet gladius: ſpirabat funera totus.*
*Hic (vide) quem Criſta notat maculata cruore*
*Atque leves galeæ pennæ, Clypeoque ferocem*
*Indigitant; hic primus Equo qui reſidet albo,*
*Hic Dux, hic pugnæ eſt author, ſuaſorque futuræ;*
*Terribilem: dextra haſtam levaque frementes*
*Exhortatur equos: vt Damaci tegeret arva.*
*Torvus in aſpectu pulſabat littora curſu*
*Inſpirans celeres per membra furentia mortes.*

BELLIGERVM ſic obſervare Iuvenem, ſpectare SAVLVM armis radiantem, ſcandentem equum Thebano agitatum furore, Criſtato vertice oppacatum, cui fulgurat radius, cuius Clypeus fulgentem ſolem laſceſit, armatum, fortem, horridum, terribilem ad cuius aſpectum contremiſcunt animi, viribus omnes deficiunt; & velut evertere conatus orbem, proruere montium vertigines, arcium altitudines, atque collium ſublimia expugnare videbatur.

Que

Que ſoberuio, arrogante, y que brioſo,
Contra Chriſto, y ſu Grey fulmina ardientes
Rayos, y muertes; porque mas zeloſo
Conozcan ſu obſervancia los creyentes.
Mongibelo de yras es furioſo,
Su pecho exala Parcas inſolentes:
Y entre el humo, y las llamas de ſu yra
Precipitar a el firmamento tira.

Aborto de las furias es conſtante,
Monſtro protervo, fiero, y atreuido:
A el Sol, y las Eſtrellas arrogante,
Se les opone Barbaro ofendido,
Ocios depone, y en el meſmo inſtante
De ſu indomito zelo dà tronido:
Alienta humo: fuego zentellea,
Y contra el Cielo ſu furor emplea.

En vn bruto, tan viento en ligereça,
Que en ſu arrojo ſe duda, y ſe deſmiente
Sus paſos, y ſu forma: ſu brabeza
Bolcanes brota, y con furor ardiente
Fragua rayos, y fuego ſu fiereza,
Animanſe las furias en ſu frente:
Y ſiende Cyſne en ſu color hermoſo,
Plumaje de Phaeton ſe obſtenta ayroſo.

Preſtò en fiereza tanta el bruto buelo
A SAVLO, en ſus empreſas aleuoſo,
Animando a ſu ſaña, y ſu deſvelo
De ſu lozano aliento lo fragoſo.
En el Thebano ſube, cuyo duelo
A el Euro deſafia bullicioſo,
Y por dexar corrido a el elemento,
Diò a la tierra de pies, alas a el viento.

*Iā properabat iter, quà ſemita nota Damaſcū*
*Ducebat, non ille viæ gnarus ve pericli.*
*Regnat mente furor: ſeu cum Tryeteride multà*
*Hyades edoctæ furibunda per Orgia currunt:*
*Et nemora, & ſylvas mamanis vocibus implent.*
*Sic agitur Iuvenis: furor arma miniſtrat eunti.*
*In veſtros inimica lares gens improba tendit*
*Chriſtiades; quot flāmæ animū, quæ incēdia verſāt*
*Iudæi Ducis! O miſeri, quibus arma minatur.*

TV demum quo progrederis SAVLE? Quorſum indigere tot minitantum iacula? Tot furorum crepitantium turbines? Agmina everſionis pervicacius in vehis, humumque equina, nec non furenti quati vngue celeri deprehendis curſu: nec omittis vtique acervas proſilire in cædes augere ruinas, cum mentis modo captus oculis, impellis, vmbris legis cedant Chriſtiani

ni ritus condecorati ſplendore: ipſis cedes vtique vltroque temetipſum lumini micanti ſummittes, evertere conaris modo orbem, quem convertere, adſtruereque inſiſtes PAVLE poſt, fulmine irradiantis Solis, radio ſplendeſcentis lucis.

IAM iam ecce de te parcta victoria, temetipſũ prævenit (qui mane vitas diripiebas feraciori impetu, congerebas ſtrages) veſpere diuidentem ſpolia impertiendo gentibus egregijs factis, inſignitiſque geſtis, & doctrinis, imbres veritatis, vitalibus nimbis. Ecce iam, iam tibi antevertit validiori brachio Potentiſsimus, potiora per temetipſum diſtributum gratiarum torrentes orbi, donorum, nec non & miſerationum Dei germen indeficiens.

INSILIENS enim properanſque Damaſcum, equos profligabat curſu, & tumultuario ſtrepitu, abhorrenti veſtigio, volatuque iugi, inter indignãtium, & iratorum ſeveras ſpecies, equeſtris furoris non iam implicabatur pede; potius celeriori ſtimulo ventos arguebat.

*Sic volitat SAVLVS populi qua recta Damaſci*
*Semita monſtrat iter: ſubita inter Cœlica clauſtra*

*Rupta*

*Rapta inter medios equites, & ſeva furentis*
*Agminis, arma Deus ſonat, atque rebellia flectit*
*Pectora: turbantur comites ſternantur: & ipſe*
*Sternitur ante alios Iuvenis fortiſsimus omnes.*

PASSANDO, pues, a Damaſco,
Su colera centellea,
Reſpirando humo, y ſangre
Contra la deidad ſuprema.
Aborreciendo ſu nombre
Su aliento yras vozteza,
Y contra lo mas ſagrado
Su furor ſoltò las riendas.
Perſiguiendo los Chriſtianos,
Sin perdonar eſtrangera
Region, rindiendo ſu esfuerço
Los que oprimia ſu fuerça.
No ſe ocultò a ſu oſſadia
La mas intrincada breña,
El boſque mas retirado,
Ni las mas ocultas ſelvas.
Por comprehender a todos
Agitò el cauallo aprieſa,
A quien oprimian mas
Sus hados, que las eſpuelas.
Todo el furor de las yras

Iunto

Iunto en vna no pudiera
Aſpirar a los rigores,
A que aſpirò ſu violencia.
Ya, pues, a el furor, y a el miedo
De vn huracan, que ſe apreſta,
Que en aſſombros le deſmaya,
Y de temores ſe cerca.
Luzes por obſcuridades,
Que obſcurecen la luz meſma
De el Sol, quando en ſu Zenid
Sus luzimientos obſtenta.
Ciego el cauallo, arbolado,
Hyjadeando, le niega
A el açicate, y a el freno
Generoſas obediencias.
En vano le pica; en vano
Exaſperallo la rienda
Solicita; porque el bruto
Yelos piſa, y nieue alienta.
De frio ſudor ſe cubre,
Y la boca mal abierta,
Entre deſmayada eſpuma
Elado humo bozteza.
Y deſpues de muchos gyros,
No con poca diferencia
El pica, como que huye,

Y el para, como que eſpera:
El pie horror, aſſombro el pelo,
Latido el pecho, la oreja
Deſmayo, terror la viſta
Menos ſe mueue, y mas tiembla.
Tiembla mas; porque vna voz
En la meſma luz reſuena
Con tal imperio, que a todos
Les fulminò ſu grandeza.
Y para mayor aſſombro,
Pronunciò Diuina lengua
SAVLO! Porque me perſigues?
Y para herirme acrecientas (empreſas?
A los yerros de tu vida, lo horrible de tus

*Intonat, & Chriſtus fortiter, qui talia fando:*
*Quid me SAVLE! Sonat, repetit, quid SAVLE premendo*
*Perſequeris? Pauidusq; cadit poſt terga: nec vlla*
*Vis animo latitat: Iuuenis quis te occupat horror?*
*SAVLE quid? Anne cadis? Cœlo ne rotata ruẽtẽ*
*Lux dedit in præceps? Vbi ſunt iactantia verba?*
*Verba, minæ, atq; animi: cadis; & cecidere miniſtri.*
*Atque minæ cecidere tuæ. Iam fulminis inſtar*
*Enſonat; aſt aeris veluti cum turbine denſo*
*Nubis findit iter magnoque fragore gementem*

*Axem agit in terris, & ſæva tonitrua fundit:*
*Cur me, cur ve meos (idem eſt) comperdere tentas*
*Inſidÿs? Falles ne Polum? Num ſydera Cœli*
*Fallaci poteſt ipſe dolo tentare? vel aſtris*
*Aſtrorumque Deo, Cœloque, Soloque Potenti*
*Arma inferre paras: meritâ tu morte piandum*
*Aggrediare ſcelus, quod nec communibus vndis*
*Eluet Occeanus, nec cum ſeptemplice Nylus*
*Flumine: ſiſte viam: ſubito pone arma: Damaſcũ*
*Perge, vbi preceptus, & lege docebere noſtra.*

DIXO: y temblò la montaña
A tanta voz: a vnas peñas
Corriò el bruto: y el quedò
Ciego con viſta en la arena.
No has viſto (ò iluſtre Senado)
Que quando la ardiente esfera
Se obſcurece, el Cielo ſe arma,
Y armado ſu enojo quiebra.
En horrible luz, que vn rayo
Cae de repente, tan cerca
De el caminante, que embuelto
Entre el humo, y las pavesas,
El fiero eſplendor le vſurpa
El ſentido, y cae en tierra
Deslumbrado, haſta que buelto

De el ſuſto paſſado, empieça.
A ponderar con mas alma,
La intempeſtiva violencia
De aquel eſtrago, que admira,
De aquel horror, que reſpeta?
Pues aſsi quedò aſſombrado
A las piedades violentas
De vna luz, que le deſlumbra,
De vn rayo, que no le quema.
Bolviò en ſi, ſin ſaber como:
Y el ſuceſſo tal le dexa,
Que aun auiendo ya paſſado,
Iuzgò mayor la tormenta:
Aora adora aquel prodigio,
Aora reuerencia aquella
Tempeſtad, y mas ſus rayos
Le abraſan, quando ſe auſentan.
Aora aquella voz eſcucha,
Y en ſu myſteriosa fuerça,
No ſe què horror le deſmaya,
No ſe què Deidad le alienta.
Ya le fulminò ſu rayo;
Pues fenix dichoſo obſtenta,
En dulce, y fecundo eſtrago,
Renacer de ſus paveſas.

*Omnipotens*

*Omnipotens tacuit: tùnc conturbata quierunt*
*Æthera, & æternis facibus micuere Coluri.*
*Iam SAVLVS ſedato animo, poſitoque furore,*
*Immemor ipſe ſui, Chriſti memor ambit ad vrbem*
*Pacifico properare gradu: ferre Omina dextra*
*Præco ſalutiferæ legis, ſonat inde ſalutem*
*Ipſe ſuam, Chriſtique decus ſuper aſtra celebrat.*

O Quid SAVLE? Quid? Vibrante Numine dextra, tibi quid inde prævenit Omnipotens? Tonante Deo, ſubito ſtrepente ad aures Ieſu, quem in ſuos inſequens audiiſti pavore perterritus: *Quid me perſequeris SAVLE?* Deificus clamor tibi mentem adaptat, humiliat mentē, atque ſublevat cor; vt non ſolum torpeſcēte equo, enervetur furor; ſed ſubito lapſu territus mole offenſionis direpta, ad Dominum ſuaviter attractus, iam doceare dicere quid facere ò Domine, aut quid vis me implere deinceps? Diſcere tuum eſt, vnde deficiens ſævitia, inde amore ſuperoflagrans enitare ipſum adipiſci.

CVM enim accederet opulenta, atque exuberans vis gratiarum in ſacro regenerationis fonte ſuſcepta, ad omnes honeſtaturus accedit dignitates, incipienſque Iuvenis muneri-

bus fungi, quæ ſunt Dei cultu eximia, magnaei ex-
titit gloria, dum ante perſecutor inſiſtens, Vas poſ-
tea electionis effici, & dignitatem Apoſtolatus
egregiã, gentiũq; Doctoris cognomẽ obtinere. Igi-
tur: ab errore eductus, indeque verò eruditus, non
abſque exantlando per ardua laborum, quibus
haud expers, & illorum peritus nobiliori certami-
ne de ipſometipſe victoriam adeptus per glorio-
ſos de orbe reportavit thriumphos, pingueſcentẽ-
que animum, nec non difficilimis maturum, diſci-
plinis veræ fidei, ac ſolertia implevit, & mundum.

SISTO hic greſſum: & retrogredientis inſtar ad velocioris curſus maiori robore obtentum, tantum ac talem Doctorem proſecuturus laudibus, ſic obtutu fixo, maximam Dei miſericordiam erga ipſius perfidiam concinnandum accedo. Quid vero moror? Nam veluti meridiana luce generis humani Parens ſuperbeſcens deliquit: atque incredulus in crimen prolabens tranſgreſsionis, non ideo miſerentis Dei pietate excluditur, ſed ab ipſo potius verbis exagitante crimen, ad miſericordiæ iudicium prævenitur: haud aliter SAVLVM ſcelus exequentem, & meridiana luce Damaſcum anhelantem, Divino ſubito circumfuſum lumine, ad iudicium meſerẽtis Domini conſpicimus

picimus advocatum, & ab excelſa pietatis dextra, nec non, & immutatum, dedecuſque omne offenſionis Deitatis, & humanitatis propulſum; vt ita, ſua claritate percolſus, qui contra Deum extento collo, nimis Belligerator inſurgens, & Iudaicæ legis propugnator accerrimus, ſuperiori iam dextra humi proſtratus, de ipſa terrenus Cœleſtem alloquatur dicens: *quis eſt Domine?* Vt plenum acciperet pietate reſponſum: *ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris*: vt ex inde per SAVLVM à Iudæis omnes ſibi illatas iniurias, cunctas, & removeret, illius converſione, contumelias.

QVID plura? Ad illum ſubiugandum Ieſus, nec exerit arma Diuinæ poteſtatis, nec Deitatis argumēta congerit; ſed omnem belli paraturam de humanitate depromit, vt ipſa à SAVLO contempta maneret honorificata: ex oreque effutienti in ipſum dedecus, honoris amplitudinem elueret, Dominum confitens iterum, atque iterum repetens: *Domine quid me vis facere?* Superoque lumine ictus Dominum nuncupat, & Deum, ſuper omnes creaturas, & ſupra ſe ipſum in terra proſtratum Dominantem: expugnatione nec non, & expiatione voluntatis eius, Diuinum Numen noua bella ad parans orbi, illum circumdans

ſplen-

ſplendoris aggere, protegit: luſtratque eius men-
tem, lumina & radios eiaculans Deificæ ſpecioſi-
tatis, & velut armis nexibus claritatis ſuæ, ſuaviſsi-
ma, & præeficaci violentia, animum tenet, & mẽ-
tem arripit, cum tribus diebus orbatus viſu in Pa-
radyſum rapitur; vt mentis oculis frueretur Omni-
potentis arcana, ipſaque edoctus, humanitatis
Chriſti rimaretur portentum.

O MAXIME SAVLVM miſerans Deus!
Omnem gloriȩ radium, Cœlorum ſplen-
dorem, nitentes humanitatis ſuæ fulgores
ordinavit; vt ipſum fugientem tenerent, furentem
& caperent: Diuinæ, humanæque claritatis iubar,
ſuper Cœleſtes nitores illum circumdantes velut
armatæ manus in Ieſu redigunt poteſtatem: vibra-
tiſplendoris, fulgurantia lumina, tanquam arma-
torum acies SAVLVM ſtipant, & ſicut Leonis ca-
tulum ſævum, & rugientem, irruunt, eumque fu-
rentem audacia, ſcelus anhelantem cohibent: &
laceratis furijs diſsipatione indomitæ iræ, mortuũ
mundo exhibent; vt reddivivus Deo in ſacra Dei-
tatis ſcaturigine, legis Euangelicȩ myſteria ebibat;
vt ita melicurgus, favum in eius pectore compona-
tur, ex ipſius ore ſapientiæ alimentum emanan-
dum, in fortiſsimi Sanſonis problemate adumbra-
tum:

tum: *de comedente exivit cibus; & de forti egreſſa eſt dulcedo.* Quid SAVLO fortius? Qui tanquam catulus Chriſticolas impetens ad lanienam trahere feſtinabat: ex eiuſque ore humanum ſitientis ſanguinem, vitæ cibus exivit, & alimentum ſalutis: *prædicans quoniam hic eſt Chriſtus.*

QVID amplius dicam? Rhinocerotis veſtigijs inſtitit SAVLVS: namque madmodum ille torvo vultu, efrenique audacia venabula iaculantes haud minime expaveſcens, furore, & ſevitia armatus inſidiantem conterit; donec virgo ſapiens apperto cum ſinu eius occurit ferocitati, quo, feritate oblitus prædam ſe obſtendit venatoribus optatam: ſimiliter equidem ferocienti SAVLO Diuina ſapientia ſinum ſuæ obtulit amabilitatis, & priſtinam oblivioni tradens ferocitatem, præda Ieſu prædulcis efficitur, gentiliſmum poſtea Euangelicæ prædicationis hamo apprehenſurus.

QVOT Chariſmata Diuini ſpiritus in ipſius dilectione obiberit? Eius glorioſis factis, egregijſque ſcriptis elucent. *Confundebat*

*bat Iudæos*: gentes nutriebantur ipſis, profuſaque in omnium cordibus, animos concelebranda exci- tant, parique lætitia ſededunt haurienda, & ſecun- da hominibus, trementes vires erigunt, & con- ſolidant.

QVIBVS periculis, Iudæorumque inſidijs egregius Doctor (non iam SAVLVS, PAVLVS inquam) audaci, & validiſsimo Dei honoris zelo ceſſerit? Salute ve proximorum parcerit? Quas ergo lupinas, ac æſtuantes furentum rabies, eorumdemque erga debilium neces, gurgitibus ſecum ipſis colluctantibus in ſui perniciem, ſceleris ſæpè, ſæpius non converterit? Salubrique ſcientiæ, ac ſapientiæ gratiſsimo flatu, pergratiore ſerie diſcriminante ſua, porrigente, deliciante, ſcripturarum noſtris lumina, quæ non invexerit? Et tenebreſcentibus vmbris profligatis, iam inter luminis patentia arcana, quæ beata non peperit Dominatori regna?

*Nam ut rerum nequit arctus ordo ſolvi,*
*Vixque eiuſmodi rara facta credi:*
*Quis quis adfuit, audijt, notavit,*

*Totus*

Totus mente nova igneus redivit;
Salve amabilis Pater omnium menti!
Cuncti gratus es usque quaque genti.

Pulſate, organa! perſonate, plectra!
Ne ſile, lyra! ne tacete, turba!
Quin & tu, Phylomela perſuavis,
Feſtivis rape cuncta cantilenis!
Cætera quoque vos aves canoræ,
Veſtra nos hilarate cancione!

Venti, parcite! frigorumque ſæva:
Nives, parcite! parce hyems amara!
Vos auſter, Zephyrique mitiores,
Flatus hic animate gratiores!
Ite hyemalia! ſubvenite verna!
Nubes cede, redi ò Dies ſerena!

Et tu, Sol bone, viva Lampas Orbis
Plus ignis iace, pluſque claritatis!
Vernantes violæ, roſæ rubentes,
Agri lilia, cæterique flores;
PAVLVS eſt noſter, exite imprimendam
Tam digno capiti inclytam coronam.

CVNCTA Potentis exardeſcit zelo, & afflatu eloquentiæ Bellipotens validus quos non recuderit horreſcenteis ictus? Quos tumeſcenteis adverſitatum vortices ſua accurata ingenij accie, nec non repreſſerit? Quas fœlicitate per illuſtris victoris inſultantum procellas non ſedaverit? Immanes rapidorum, voraceſque inſanientum incurſus? Quos demum æquoris è profundo in Eccleſiæ Ratim attollentum fluctus non placaverit? Superavit etenim, atque revinxit, ſalubrique ſapientiæ aura etiam & reponit ſua.

QVOS denique eius ignita charitas miris ſuis geſtis non percepit fructus? Quid impenſa ſudoris honorifico, atque ardenti zelo non perfecere? Muneri cui ipſius ne conticuere lapſus? Incurię quæ ne tacuere? O charitatis typum! quotidieque celſius dignas in laudes arripiendus energia illuſtriori, doctrina aſsidue iaculante ignes, pietate flammeſcente incendium, quæ & illuminare perfidiam, & nequam contudere petulantiæ nervum!

O VIX dicenda facta! prorſus potiſsimum ad omnis typum providentiam ævi! dum chaæqueſi vbere inſignibus epiſtolis gregem paſcens Dominicum, quæ frugifera æternitatis aſſecuturis vivifica, in ipſa ſapientiæ ſcaturigine hauſit: indeque ſimul vividos ignes, ignitaque dilectionis iacula ad cunctorum adparavit pectora, virtutumque omnium exemplaria adijciens nobis imitanda reliquit: formaque factus gregis ex animo inſtar ardentis facis ſublimi ſapientiæ, & charitatis culmine in Domini ovile illuſceſcit veritas, evigilant luces: pingui valde mirabilique ſatis Minærva Euangeli Præco non modò ſcriptis, verùm etiam factis inſecutu inſignibus, vnde electionis filij abunde promentes melius comportarent, adhibet vtilius, iaculando luces, fulgurando ignes.

O QVALIA pergrata in promptu eſte dona obſervatu digniſsima! ipſe tu Parens, nobis tua percelebria facta, mirabilia ſcripta, quorũ congereis habetor præſertim populis diſtributũ illa munifice immutans ſceleris, atq̃ erroris vilitatem in fœlix agnomen muneris, & Chriſtiferi moris, radiante tui amplitudine imperij, animos

 agentis

agentis noſtri; & merito corda per gyrum genero-ſus excitans imo eorumdem ima perluſtrans, pene-trabili præcipuè legis Domini vibrante ſcintilla ic-ciens ipſa ignis! perque ſalutaria à te erudita illumi-nans quæque, & veluti lux ſupera propter ipſum te magnifice nobis fuerit oborta; ævilque de curren-tibus ſemper illuſceſcens non iam obruta tenebris liteſcet vmbris, nec ne flagrans ſanctimoniæ odo-ramentum tuæ in ſtar ſpanſæ roſæ eſt potius inde-ficientis conſignans fœlicitatis odores, perennis rubicundos vitalitatis ardores.

PROH QVAM conſone per temetipſum ad Dominum ignita iam populorum vno emulanti affectu conſpirant corda! fructus, fructus aſſecuti ipſi à te, percepti, progreſſus noſtri: propereque, & præſim Deifici concepto amoris pignore cordibus in ſortem mirabilem devolutis vnde progredimur, indeque iam tuto fætibus per-frui tuo partis labore, doctrina, vt lacte ab vbere nutritis, & in perpetuum etiam editis lumen. Ecce qualem te, cuius argumentoſo debentur honora-ria filiorum paterno labori, à complurimis quidem obtenta, ſed iam cæteris repoſita cunctis; & ſane prece, opereque quam charo tuo per te te ſolide

nobis

nobis ſapida ſolatij perſiſtentis guſtatio nobis ſe ſe proculdubio protulit concordi harmonia, manibus cum ore tuis.

O Pablo! diligente peregrino
Que caminaſte quanto el Orbe encierra;
O trueno Celeſtial! ò torvellino;
Que atronaſte, y bañaſtes a la tierra.
O Ahtlante ſuperior de el Rey Diuino!
Cõquiſtador del mũdo en paz, y en guerra:
O Rayo de el Oriente, haſta el Ocaſo;
De la palabra Eterna rico Vaſo.

Fuiſte en el ſuelo erratica cometa,
Eſplorador de la Diuina Corte,
De el Euangelio vniverſal trompeta,
De la Gentilidad Luzero, y Norte,
A el mundo nueuo Sol, nueuo Planeta,
Carta de el meſmo Dios con rico porte,
Y Capitan mayor de Chriſto Eterno
Contra las poteſtades de el infierno.

Que lengua aurà q̃ pueda dignamẽte
Tus

Tus meritos contar? Raro portento!
A quien la mano de el Omnipotente,
A engrandecer tu nombre mas atento,
Sus dones repartiò tan largamente,
Que canta el Orbe con ſonoro acento;
Que en ti ſe vè zifrado, y recogido,
Lo que en diuerſos Santos eſparcido.

Salve, pues, alto Principe famoſo,
Sagrado, Egregio, y eſcogido Vaſo,
Derramando licor marauilloſo,
Deſde el fertil Oriente, a el rico Ocaſo:
Y en el Eterno aparador lumbroſo
Donde por eleccion eſtàs no acaſo,
A ora reſplandeces de manera,
Que a el globo excedes de la quarta esfera.

*Ergo Parens, fax ſacra tuis, fax ignea Cœli*
*Sydera colluſtrans, quem viuida ſemper in Orbem*
*Lampas alit meliore foco, melioribus illis*
*Infula purpureis lucens fulgoribus Æthræ.*
*Debita fax ſuperis te te nunc flammea ſecum*
*Aſtra tenent duodena Poli, te ſydera ſydus*
*Zodiaci numeroſa colunt, te lucida circum*

*Anfrac-*

*Anfractu radiante movet ſe ſe orbita Phœbi.*
*Geſtorum tua fama calet: tua numine dextro*
*Naturæ tranſgreſſa moras ſuper Æthera virtus*
*Maior adhùc virtute viget, nec degener umquã*
*Ignibus aſſuetis ſenium ſentiſſe licebit.*
*Nec velut emeritis flammis fulgentia perdet*
*Robora, quæ fuerant ipſi notiſſima quondam.*
*Hinc properare tuum geſtit iubar undiq̃ ab aſtris*
*Interiora replens, mortalibus obſita probris.*
*Hinc calefacta fluunt ſceleris contagia diris*
*Angta malis, pleniſque dolis veſtigia ſiſtunt.*
*Hinc animi, quos flamma ſuis Plutonia traxit*
*Improba verticibus, quoſcũque in Tartara flexit*
*Fomite tam ſancto dediſcunt vulnera culpæ.*
*Iam teneri curam ne dedigneris òvilis,*
*Cui Paſtor quondam foviſti Ductor habenis.*
*Da natis excelſe Parens, quos æmula virtus*
*Hic tua, quos vitæ ratio, quos arduus idem*
*Religionis amor, quos idem Numinis ardor*
*Devinxit, da digna ſequi, da tramite vitæ*
*Emenſo Empyreos tecum numeremur in orbes.*

Salve (ò Cabildo) pues ſiempre triunfante
A peſar de la invidia, y de el olvido:
Leuanta de eſplendores el ſemblante
Mageſtuoſamente ennoblezido:

Y en tu dieztra el azero ardiente radiante
Y en tus ſienes el lauro merecido:
Grande tu nombre aclamen ſin ſegundo
En los remotos terminos del mundo.

En repetidos bronces tus memorias
Parte ſe eſculpan, y reſuenen parte,
Y a el exceſiuo peſo de tus glorias;
Suceda el ombro de Mercurio, y Marte:
Cuente el vno, ſi puede tus victorias
Si a tus letras dà el otro ciencia, y arte,
Y en aplauſo concorde eſtas Deidades
Eternizen tu nombre en las edades.

De nacion en nacion, de gente en gente,
A el lugar mas remoto, y eſcondido,
Llegue tu nombre, y fama eternamente,
Celebre el Orbe el ſacro eſclarezido
Renombre tuyo, y tu virtud ferviente
Reuerenciela ſiempre agradecido:
Y el eco de tu honor vnico, y ſolo
Retumbe deſde el vno a el otro Polo.

Salve ſegunda vez ſiempre excelente
Que en ſonoros aplauſos elegante
Oy autorizas el fervor ardiente,

Y el

Y el zelo de tus hijos reuelante *relevante*
Viue feliz el tiempo permanente
Que numeran los años de vn Atlante,
Y ſean de tu zelo, y de tu gloria
Clarin la fama, plumas la memoria.

## *DIXI, ET CECINI.*

CEDAT, cedat qua licet, qua decet, quaque cedere eſt, in laudem, ſcilicet tui Dominator Domine (qui humilia reſpicis à ſuper excelſa tuæ claritudinis culmine,& celſitudine inſcrutabili tuæ perfectionis, & maieſtatis) Deitas ſimpliciſsima, atq̃ vnitas veneranda in Perſonarũ Trinitate, fulgida atque tranquilla Trinitas indiuiſa, adoranda in vnitate (tuæ fæcunditati naturæ debitus decor) veritas,& ſi nitidior omni ſerena luce, intimior tamen,& occluſa in ſinu immenſitudinis tuæ, abſconſaque in immenſa abyſſu inacceſibilis lucis tuæ gloriæ,& fœlicitatis, mihi vtinam vermiculo reptanti in ſabulo inſufficientię hoc vnum ſit, vnum hoc adſit. tua laus, benedictio tua, vt ita mihi illuſceſcente die amabilitatis tuæ, hoc tantum petam, tantumdem repetam, atque repetã tandem.

O VTINAM cedat in tui nominis laudem, ò naturæ, & gratiæ firmamentum, ſublimis

ſanctitatis abyſſus, eternæ fœcunditatis æmula Pa-
rens, Doctæ admirationis epilogus, Dei hominis
Auguſtiſsima Mater; nam etſi iucundum, latiſsi-
mumque encomiorum tuorum pelagus parvula
mei rudis ingenij ſcapha nō ſit audacter emenſa, nō
ininriæ vertes, Gubernatrix Magnifica, DOCTO-
RIS Gentium laudes, inſcias in aliena littora carba-
ſa flectere, te fulgētiſsimū maris Aſtrū inveſtigare.

VELLEM profecto, Prædicator veritatis,
munuſculum hoc tuo nomini aliquantu-
lum etſi non accreviſſe, attigiſſe laudis;
ignoſces etiam Præceptor optatiſsime, me in am-
pliſsimo tuæ converſionis campo laudibus habe-
nas tam puſillo laxaturum animo. Accedant igi-
tur inter aurea dona, quibus tua ſcatent altaria, hæc
laudationis fila, quæ in tui venerationem ſolicitus
contexuit amor. Cedat denique in laudem Athe-
narum Aſtrologi, & inclyti Martyris Diui Dio-
nyſij Areopagita mei inſignis Collegij Tute-
laris, & Patroni digniſ-
ſimi.

LAVS DEO.

*Sub Correctione Almæ Matris Eccleſiæ.*